UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Speculum Veritatis Et Justitiæ: Repræsentans Pacem & Æquitatem Principis, Veritatem Facti, Et Juris Evidentiam Oppositum Caliginosæ Lampadi, Tribus Braxatoriæ Hildesiensis Pro Principe, Capitulo ...

Hildesheim, Anno 1691.

Num. 25. Extractus ex Consilio Joannis Gœddæi in volumine Consiliorum Marpurgensium 4. to Consil. 17. num. 156. & seqq.

urn:nbn:de:hbz:466:1-38415

Visual Library

ſchimpffung Seiner Hochfürſtl. Gnaden/ als derenſelben hohen Obrigkeit und von Ihrer Käyſerl. Majeſt. mit der Weltlichkeit ohnlängſt beliehenen und regaliſirten Landes-Fürſten/ und Herrens notoriè gereichet/ und res inauditi ac peſſimi exempli iſt/ ſo da nicht ohngeahndet bleiben/ ſondern der darauß beſorgenden höchſtſchädlichen Conſequentz halber/ an denen Verbrecheren nachtrücklich abgeſtraffet werden muß/ und dann gehörter Fiſcal ſothanes enorme factum bey dieſem hochpreißlichem Ober-Gericht klagbar vorzubringen ſeines Officii zu ſeyn erachtet.

Hierumb und ſolchem nach gelanget an Ew. Hochwürden Gnaden deſſelben gehorſambſt-und rechtmäſſige Bitte die gnädig und hochgeneiget geruhen wollen/ obberührte frevelmühtige Beleydigere ihrer hohen Obrigkeit/ Meiſter und Alter-Leute der Brawer Gilde alter Stadt Hildesheim dahin Oberkeitlich anzuhalten/ daß ſie höchſtgedachter Seiner Hochfürſtl. Gnaden eine öffentliche/ und zulängliche Reparation ihrer durch ſolche ſchimpffliche Procedur höchſt-beleydigter hoher Lands-Fürſtlicher Auctorität praeſtiren/ und abſtatten mögen/ annebens dieſelbe in die Straff ad 2000. Goldfl. zu condemniren/ und desfals eine behufige Citation ad videndum ſe incidiſſe zu erkennen und abgehen zu laſſen/ immittels aber auff des Brawer-Meiſters Dörrien bey der Landſchafft außſtehende Capitalien ſowoll als andere auſſerhalb der Stadt auff dem Lande in ſpecie aber zu Gieſen Ambts Steurwalds habende beweg-und unbewegliche Güter einen Arreſt forderſambſt zu verhängen.

Num. 25.

Extractus ex Conſilio Joannis Gœddæi in volumine Conſiliorum Marpurgenſium 4.to Conſil. 17. num. 156. & ſeqq.

DEinde etſi aliquô modo in hujus impedimenti injiciendi poſſeſſione ſint, vel aliquo colore defendi hoc eorum factum poſſit veluti juſtâ inhibitio: tamen non uſque eò ſe hæc extendere poſſet, ut etiam prorſum non prætemavigaturi teneantur frumentum iſtuc tranſportare, & aut exonerare, penituſque civibus vendere vel ibi deponere, aut multa ſoluta circa civitatem ex unâ ripæ ejuſdem parte ad alteram plauſtris & vehiculis multis laboribus & ſumptibus perferre ad exemplum hujus O. K. Deficeret enim eis & cauſa & medium compellendi ad tàm laborioſam, ſumptuoſam & odioſam, imò damnoſam exonerationem, &c. Eſſet itemque inſignis abuſus privilegii & poteſtatis conceſſæ; Meretur autem privilegium omninò amittere, qui permiſſâ ſibi abutitur poteſtate, inquit

Gregorius Papa in cap. privilegium 11. quæſtio. 3.
& Simplicius Papa Epiſt. 2.
& Nicola. Papa in Epiſt. ad Hiarmar. can. ubi iſta. verſ. nam privilegium meretur amittere diſtinct. 74. cap. recolentes. verſ. ſi enim, ext. de ſtatu monachor.
Felin. ad cap. cum acceſſiſſent, num. 28. verſ. & quod abutens. ext. de conſtitut.
Aym. Cravett. conſil. 732. num. 17. in verb. abuſus puta.

Etiam civitas & univerſitas, maximè ſi hunc abuſum Senatus convocatis prius omnibus civibus & tractatu habito ac deliberatione publicâ communi voto ſuſceperit, ut colligitur ex his, quæ ex Bartol.

in l. aut facta, num. 11. ff. de pœn.
Corn. conſil. 224. volum. 4.
Alex. conſil. 105. num. 33. lib. 3.
Felin. ad cap. novit. num. 9. verſ. 6. limita. ext. de judic.

Reſpondet

Ludolph. Schrader. in conſil. 16. poſt conſilia.
Dn. Johann. Borcholt. fol. 93. §. quinimò.

H·VT 28

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

Nec adverſabitur, quod forte hoc privilegium in formam contractûs tranſivit, quod irrevocabile cenſetur, authore

Bart. ad l. quod ſemel. ff. de decret. ab ordin. faciend.

æquè ut & illud, quod propter bene merita alicui conceſſum eſt: adeò ut ne quidem propter ingratitudinem, vel abuſum revocari queat, ſecundum eundem

Ludolph. Schrader. d. conſil. 16. fol. 93. col. 2. §. ſimiliter quoque.

Quod quidem quo ad ingratitudinem conceditur à

Felin. ad d. cap. novit. num. 12.

exemplo remuneratoriæ donationis, de quâ

Jaſ. ad d. l. ex hoc jure. num. 54. ff. de juſtit. & jur. & conſil. 101. numer. 14. & conſil. 121. num. 8. vol. 4. per l. Aquilius Gallus. l. ſi pater. §. fin. ff. de donat.

ac fortè etiam dari poteſt, quo ad abuſum in ſpeciem mali non tranſeuntem de quibus caſibus agit idem

Felin. in d. cap. novit. num. 9. & ſeqq.

& Alexand. conſil. 101. numer. 1. & 2. volum. 1.

at quo ad alias amittendi privilegij cauſas, & ſic etiam quo ad illum privilegii abuſum, qui in ſpeciem maleficii & injuriæ tranſit, ſecus eſſe dicendum videtur cum eodem

Felin. in d. cap. novit. num. 12. verſ. advertetamen, verb. tamen. ex alia cauſa juſta &c. ext. de judic.

Nec quicquam de abuſu ſpeciem mali habente Felin. Alex. Jaſ. Barba. Bertrand. iis locis habent, quos

Ludolph. Schrader. in d. conſil. 16. §. ſimiliter quoque allegat.

Et quamvis illi authores dicant privilegium ad exemplum remuneratoriæ donationis non revocari propter ingratitudinem, ſi ob cauſam remuneratoriam vel per modum contractûs conceſſum ſit, non tamen dicunt, quod nec indigni privilegio fiant, qui ingrati ſunt, vel per injuriam abutuntur. Quæ indignitas nihilominus exuit beneficio, & fiſco applicat, ut in ſimili eſt

in tit. D. & C. de his, quibus ut indig.

Neque hanc cauſam Felin. videtur

d. num. 12.

excludere. Sic etſi

Alexand. conſil. 209. num. 14. libr. 4.

reſpondet eleemoſynam, quæ in contractum abiit, revocari non poſſe: hoc tamen intelligendum eſt, niſi ex causâ fiat revocatio, ut ibid. & paulò pòſt indicat: neque ingratitudinem excludit eorum, quibus alioqui dantur. Nam etſi rurſum ad privatos uſus ejuſdem transferri non debeant; hoc tamen non prohibet indignis propter ingratitudinem denegare & dignioribus pauperibus dare. Atque ita videtur hoc Ludolphi Schraderi

d. conſil. 16. §. ſimiliter quoque.

non ita crudè accipiendum eſſe, neque poſſe prorſum impunè omnia tentare M. quin aliquid eis periculi ſubeſſe poſſit, ſi abutendo & nimium cum aliorum injuriâ extendendo pergant. Sed &

Modeſtin. Piſtor, quæſt. 249. num. 76. & aliquot ſeqq.

probat, privilegium per modum contractûs vel pro precio conceſſum, ex juſtâ causâ revocari poſſe; ſed hæc obiter, cum id jam non ſit in quæſtione, ideoque ſubſiſtimus & ad noſtrum thema redimus.